



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

V. De modo procedendi circa harum Decimarum exactionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

- Tiraq. de retract. lignag. §. 15. gloss. 1. nu. 15. Rebus. consil.*
- 177 125. num. 8. Expensæ autem, quæ fiunt † in castrorum custodibus, etiam si majores sint solito, cum fiant extra rem, vel etiam in ædificiis construendis vel consuetis,
- 178 vandis, nullatenus deducuntur; sicut † nec illæ, quæ in villis tuendis fierent in guerris, seu etiam cavaleriis, ut verbis urar Bonifacii, qui id omne statuit, ac declaravit *in d. extrav. unic. vers. expensa autem, circa medium, & vers. nec etiam illa, ad finem.* Illæ quoque †
- 179 expensæ, quæ fiunt pro fossatis (ut loquitur, & decernit Pontifex *d. extrav. versic. Illa quoque, expensa*) & alias pro terris ædificandis, ut uberiores fructus producant, & illæ, quæ fiunt in conservandis, & reparandis ædificiis molendinorum, domorum, seu apothecarum, & similium, ex quibus fructus, & pensiones recipiuntur, & nisi reparentur, fructus ex eis percipi non valent, de decima minime deducuntur; hucusque Bonifacius
- Qui quidem in ea extrav. nonnulla alia decernit, ac
- 180 statuit † circa expensas deducendas, aut non deducendas, quæ nos *superius, hoc ipso cap. quæst. 2. conclus. 2. & sequentibus.* suis locis apposuimus, dum ea recensere mus, ex quibus solvuntur decimæ istæ Papales. Atque hæc de hac quæstione sufficiant.

QUÆRO QUINTO, ET POSTREMO. *De modo procedendi circa harum decimarum exactionem.*

- PRIMA CONCLUSIO sit de qualitate collectoris. Collector Papæ † judex est delegatus, & habet jurisdictionem; *ita tenuit Rot. Rom. decis. 12. de præb. alias 207. incipit, licet juxta ordinationem, in nov. & post eam, licet perperam allegatam, Bellen. d. tract. de char. sub. q. 94. quamvis eadem Rot. decis. 9. de off. deleg. in nov. aliter sensisse videatur, dum eum appellat negotiorum gestorem.* Probatum autem nostra conclusio; Primo, quia
- 182 etiam procurator Fisci utitur † jurisdictione, & officio judicandi, *l. 1. & 2. & l. cum vendente, C. ubi ca. fisci, & si ea quæstio, C. de his, qui ut indig.* Secundo, quia vide-
- 183 mus collectorem ex stylo curiæ (qui quidem † attendendus est, *c. quod translationem, de off. deleg. cum similibus.*)

mil.) deputari † cū facultate exercendi censuras, quod 184
infra latius prosequemur; hujusmodi autem facultas
aperte supponit † jurisdictionem ordinariam, aut de- 185
legatā, ut patet ex tex. in c. 1. c. praterea, & c. ex literis, de
off. deleg. c. cum ab ecclesiarum Prelatus, de off. ordin. c.
cum in ecclesia, de major. & obed. estque communis tam
Theologorū in 4. sententia, distinct. 18. ubi D. Thom. q. 2.
art. 2. quam Canonistarū in d. juribus, ex quibus pluri-
mos refert, & sequitur Covar. in relect. c. alma mater, 1.
par §. 11. num. 1. & seqq. de sent. excom. in 6. Est autem
collector † judex delegatus, non autem ordinarius, cū 186
neq; jurisdictio eorum concurrat in omnib. cum ordi-
nariis, sicut † jurisdictio legatorum, juxta tex. & quod 187
ibi tradunt Doct. in c. 2. de off. deleg. libr. 6. & Specul. tit.
de legat. §. nunc videndum, vers. legatus, licet impro-
prie collectores vocentur † nuntii Sedis Apostolicæ, & 188
gaudeant certis privilegiis, & honoribus, ut voluit Rot.
d. decis. 12. de prebend. in no. neque deputati sunt, aut de-
legati † ad universitatem causarum, sed potius ad u- 189
num negotium decimarum, per ea, qua not. Bart. in l. 1.
in fin. ff. quis & à quo appell. gloss. in clem. & si principa-
lis vers. foraneo, de rescript. Imol. & Doct. in c. quoniam
Abb. de off. deleg. sed si aliquam universitatem habet,
ea est personarum, non causarum; quo casu † censetur 190
quis factus judex delegatus, non ordinarius, ut patet ex
text. in c. ut officium, de heret. in 6. cum aliis, de quibus
late per Menoch. de presunt. libr. 2. presunt. 16. num. 31.
Accedit & illud, quod sicut delegatus potest † com- 191
pelli ad recipiendā delegationem, c. pastoralis, & c. ja-
ne, de off. deleg. ita etiam collectoris, & subcollecto-
ris officium conferri potest † in invitum, ut singula- 192
riter decidit Rot. Rom. d. decis. 12. num. 1. de praben. in no-
quam etiam sequutus est Cassad. decis. unic. num. 4. sub
tit. de verb. sign. Opinio autem illa, quæ vult collecto-
rem solum esse † negotiorum gestorem, forte proce- 193
deret, quando collectores deputarentur sine facultate
coercendi per censuras, prout hodie nullus deputatur;
eademque ratione, quando subcollector deputaretur,

- ut merus, ac nudus exactor, quod & Bellenz. d. q. 94. n. fin. adnotavit. Ceterum ex eo, quod supra admonuimus, & inferius latius ostendemus, collectorem habere facultatem exercendi censuras contra non solven-
- 194 tes; illud plane sequitur, laicum non posse esse collectorem, quod in terminis tradidit, & latius probat Bellenz. d. tract. q. 105. laicus enim regulariter non est ca-
- 195 pax jurisdictionis ecclesiasticæ, neque potest censuras exercere, ut optime & fuse probat Covar. de rejeñ. alma mater. 1. par. §. 11. n. 3. Abb. c. 2. nu. 5. de iud. Hinc
- 196 est quod communiter dicitur, laicum non posse esse vicarium Episcopi, quod tradit Abb. d. c. 2. nu. 9. & 11. ubi Fel. nu. 6. Dec. num. 15. idem Abb. in c. cum causam, nu. 9. de elect. Franc. Marc. decis. Delph. 1001. in 1. par. & alii, quos referunt, & sequuntur Bertach. tract. de Episc. tit. de vic. Episc. num. 14. Rebuf. in praxi benefic. tit. de vic. Episc. nu. 11. Camil. Borel. in tractat. de compromiss. §. 2. gl. 1. num. 85. noviss. Iacob. Sbroz. in tractat. de vic. Episc. q. 31. num. 2. & seqq. lib. 1. quamvis forte posset laicus
- 197 cus & ex speciali permisso Papæ esse vicarius Episcopi, ut late tradit Sbroz. d. q. 31. nu. 13. & duobus seqq. & censuras exercere, ut voluit gloss. in §. verum, 32. dist. & c. bene quidem 96. dist. Abb. d. c. 2. num. 5. de iud. & c. causam qua numero 3. de prescript. quem sequitur ibi Fel. nu. 6. ubi quamplures alios ad id refert. Unde potest etiam laicum ex certa scientia per summum Pontificem
- 198 deputari & collectorem cum jurisdictione, & coëctione voluit Bellen. d. q. 105. num. 3. de quo ego in præsentia disputare non intendo; fat vero nobis sit, laicum regulariter non posse censuras exercere, atque adeo neq; collectorem aut subcollectorem esse cum coëctione, sed solum merum, ac nudum exactorem
- 199 decimarum, quod bene potest & laico demandari, ut etiam adnotavit Bellen. d. q. 105. nu. 2. & colligitur ex Butr. d. c. 2. Archid. in c. nova, 16. q. 7. & Rom. conf. 268. Illud demum circa qualitatem collectoris
- 200 adnotare lubet, eum debere & transcendisse ætatis annum 18. nisi Papa ex certa scientia deputaret existentem

tem in inferiori aetate, alias deputatio censeretur subreptitia; ita in specie Bellenz. d. tract. q. 108. in princ. id probans per tex. à contrario sensu in cap. cum vigesimū, de off. deleg. ubi id clarius notarunt Abb. & Imol. in † 201 delegato, qualis est collector, ut supra diximus. Imo debet esse ea persona † qualificata juxta tenorem, c. 202 statutum §. 1. de rescript. in 6. ut nimirum sit vel constitutus in dignitate, vel canonicus ecclesie cathedralis, vel officialis Episcopi; Religiosus quoque debet esse non simplex professus, sed qualificatus, puta Abbas, vel Prior conventualis, juxta clem. & si principalis, de rescript. quod idem esset in † subcollectoribus eorum, 203 quando eis tradita esset tota potestas competens ipsis collectoribus, per tex. d. c. statutum, §. in nullo, ita tradit Bellenz. d. q. 108. num. 2. & 3. secus vero esset † ubi tam 204 collector, quam subcollector deputatus solum fuisset ad nudum ministerium exactationis, ut not. Bellenz. d. numer. 2. per ea, qua tradunt Archid. & Gemin. d. §. in nullo.

SECONDA CONCLUSIO. Potest collector † si- 205 ne speciali commissione subcollectorem deputare; ita Bellenz. d. tract. q. 106. in princ. post Rot. decis. 256. incip. itē si collector, in no. que apud me est. 265. seu 9 de off. deleg. & incipit, si collector, in no. Imo dicit ibi Rot. quod si non fuerit † limitata facultas unicum substituendi, 206 poterit plures substituere, per tex. in c. 1. cum ibi not. de procur. in 6. quin etiam in casu hujusmodi limitationis, & restrictionis facultatis cōcludit, posse adhuc † 207 plures successive subcollectores ab eo constitui, quod & sequuntur ibi Add. & Bellenz. d. q. 106. nu. 4. quamvis † per unius substitutionem eo casu alter censere- 208 tur revocatus, ut ibid. ostendunt Rot. & Add. Ratio vero principalis conclusionis ea est; siue enim dicamus, collectorem esse delegatum Papæ, ut supra ostēdimus, poterit subdelegare vices suas, & substituere aliquem, l. à iudice, C. de jud. & c. super † questionum, §. 1 & 2. de 209 off. deleg. cum simil. siue etiam dicamus cum Rot. loc. cit. & aliis, eum esse negotiorum gestorem, & procurato-

- 210 rem Camerae Apostolicae, & tunc † etiam poterit, si ve-
dicatur generalis procurator ad negotia, *l. si procura-*
torem, §. si quis mandaverit. ff. mand. l. 1. §. magistrum. ff.
de exercitor. l. quicumq; §. fin. ff. de institor. c. 1. in fin.
de procurat. in 6. si ve etiam dicamus, illum procurato-
rem esse specialem ad limitatum effectum levandi di-
cimas beneficiorum, non ideo minus poterit subli-
ruere, *per ea, quae tradit Bart. in l. fin. in fin. ff. de divers. c.*
tempor. p. script. c. Bald. in l. quod quis, C. de procurat.
per tex. in c. is cui in 1. respons. de off. deleg. in 6. sed melior
est in c. fin. 2. respons. de procur. eod. lib. Prædictam au-
tem conclusionem declara non procedere, ubi in de-
211 putatione collectoris Papa † apponeret aliqua verba,
ex quibus colligeretur, electam fuisse industriam per-
212 sonæ, ut si diceret, † *de tua prudentia, vel circumspetio-*
ne plenius confidentes, vel similia; tunc enim non posset
subcollectorem deputare, ut in specie monet Bellenz.
d. q. 106. nu. 5. per ea, quæ de subdelegato tradunt In-
noc. & Imol. *in c. fi. de off. deleg.* ubi textus ipse *in §. fin.*
disponit, tunc non posse fieri subdelegationem, cum
electa est industria personæ; quod idem de iis verbis
in subdelegato scripserunt Andr. Gail. *præct. obser. lib. 1.*
obser. 97. num. 6. & Menoch. *d. tract. de præsumt. lib. 2.*
præsumt. 2. 1. n. 17. c. de arbitr. jud. lib. 1. q. 68. num. 11.
Idem quoque esset, si Papa diceret, *de fide c. legalitate*
tua confidentes, tunc enim quoque electa esset indu-
stria personæ, Bellenz. *d. q. 106. num. 6.* per ea, quæ de his
verbis tradit Butr. *conf. 48. incipit absque diffusionem in*
fin. quod idem patet ex Menoch. d. numero 11. Imo idem
putarem, si onerata fuisset conscientia collectoris, jux-
ta ea, quæ late prosequitur Menoch. *d. præsumt. 2. 1. num.*
16. c. d. q. 68. nu. 12. aut dictum fuisset, *ipse faciat; vel*
suis manibus, seu per te ipsum, vel personaliter cognoscas;
c. facias; vel adsint verba geminata, maxime ex inter-
vallo apposita, per ea, quæ fuisse, c. optime more suo tra-
dit Menoch. *de præsumt. 2. 1. nu. 6. usque ad 16.* In dubio
autem non est dicendum, hoc casu electam fuisse in-
dustriam personæ; neq; enim puto hoc magnum esse,
& at-

& ar
vide
10. v
deleg
refer
68. u
c. 1.
nam
cta c
lios. d
nullu
duur
magi
deler
vbi o
oppo
An v
colle
tione
pulc
subsi
tame
absol
rem,
simp
lecto
miru
gulis
ret es
lenz.
ris tr
pote
c. I
T
lect
volu
266
eam

& arduum negotium, in quo ea industria † electa esse
 videatur, *juxta doctrinam. Bal. in l. liberti, libertaqz, col.*
10. vers. quaro denuo, C. de oper. liber. Innoc. d. c. fin. de off.
deleg. & Ias. in l. more, ff. de jurisd. omn. jud. nu. 65. quem
refert & sequitur Menoch. d. presumpt. 21. nu. 4. & d. q.
68. ubi alios recenset num. 15. quod & facit q. 54. num. 7.
 & 11. Nam licet † arbitrio judicis relinquatur, quod
 nam arduum negotium sit, ita ut industria personę ele-
 cta censeatur, *ut voluit Innoc. & Butr. d. c. fin. & post a-*
lios. Menoch. d. tract. de arbitr. jud. lib. 2. cas. 205. num. 3.
 nullus tamen æquus judex arbitratur id negotii ar-
 duum esse, cum decimas exigere, ac lavare † non sit
 magnę industrię, sed facile possit per quemcumque fi-
 delem fieri, ut etiam notavit Bellenz. *d. q. 106. n. 2. & 3.*
 ubi optime quoque solvit quod de publico stipendio
 opponi poterat, *ex l. per hanc C. de erog. mil. ann. lib. 12.*
 An vero ubi plures subcollectores deputantur, ille sub-
 collector, qui posterius deputatus fuit, non facta men-
 tione de primo † censeatur revocatus, & quomodo,
 pulcre, & late prosequitur Bellenz. *d. tractat. de charit.*
subsid. q. 109. ita ut ad eum te remittere sufficiat. Illud
tamen unum te admonitum velim, quod dum refert
absolute Rot. in superius alleg. decis. 267. tenentem prio-
rem, subcollectorem censi revocatum, id non asserit
simpliciter Rot. sed aperte loquitur in casu, quo col-
lector habebat limitatam quoad hoc facultatem, ut ni-
mimum non posset nisi unum subcollectorem in sin-
gulis civitatibus, ac diœcesibus constituere; quod pa-
teret ex ejus decis. initio, cujus verba retulerat idem Bel-
lenz. q. 106. num. 4. Quando autem facultas collecto-
ris transire † possit ad successorem in dignitate, colligi
 potest ex iis, quę tradidit Menoch. *d. q. 68. fere per totā,*
 & Doct. *in c. quoniam Abb. de off. deleg.*

TERTIA CONCLUSIO. Facultas & potestas col-
 lectoris † probanda est per literas, & non per testes; ita
 voluerunt Do. de Rot. *decis. mihi, 10. de off. deleg. alias*
266. incip. dixerunt, & concluferunt, in nov. quamvis
eam aliter alleget Bellenz. d. tract. q. 110. eandem opi-

- nionem sequens *num. 1.* adducit autem Rot. *tex. in l. u-*
nic. C. de mand. Princ. & c. cum in iure, de off. deleg. & in
extrav. Bonif. VIII. qua incipit in iuncta, & est 1. de elect.
in commun. quæ tamen loquitur non de deputatione,
 219 aut de delegatione aliqua, sed solum decernit, ne † Epi-
 scopi, aliique Prælati ad proprias ecclesias accedant, in
 iisque recipiantur, sine literis provisionis. Bellen. vero
d. num. 1. inter alia adducit *tex. & ibi Bart. in l. prohibi-*
tum, circa fin. ibi, cum litteræ nostræ cognoverit, C. de iur.
fisc. lib. 10. & l. 1. qua etiam unica est, Cod. de superindie.
lib. eod. idem post alios novissime tradit Mascard. tract.
de probat. conclus. 317 num. 1. vol. 1. Quod idem proce-
 220 dit † in viro excelso, & honesta persona, ut patet ex
 Bart. *in l. palatinos, C. de collat. fund. fiscal. lib. 11. Abb. in*
e. cum olim il. 1. de privil. cum aliis, quos ad id referunt,
 & sequuntur Menoch. *d. tract. de præsumpt. li. 2. præsum.*
15. num. 4. usq. ad 9. & Bellenz. d. q. 110. num. 6. & tri-
 221 *bus seqq.* dum illud probant, † delegato, etiam si per-
 sona illustris sit, & honesta, non credi sine literis dele-
 gationis ubi maxime agitur de præiudicio tertii, quod
 non exiguum sit; quod cum in casu nostro eveniat, o-
 ptime concludunt Bellenz. *loc. cit. & Mascard. d. concl.*
317. nu. 2. quod etiam circumscripto stylo curiæ col-
 lectori fides adhibenda non est, sine literis deputationis.
 222 Hæc autem ipsa conclusio extenditur, † ut non
 probetur collectoris facultas per transumpta literarum,
 sed per originalia: ita in specie voluerunt Bellenz. *d. tr.*
q. 113. in princ. post Rom. cons. 356. circa primam con-
sultationem, nu. 5. & post alios Mascard. d. conclus. 317.
nu. 6. pro quo optime facit *tex. in c. 1. de fid. instr. & l.*
sancimus, C. de divers. rescript. canonizata in cap. sanc-
imus, 25. q. 2. & Auth. si quis in aliquo, C. de edend. qua
 223 jura dicunt † exhibenda esse originalia, non exempla-
 224 ria. Quod ipsum tempera, nisi aut † transumptum fuis-
 set nulla tunc lite pendente aliquod exemplum serva-
 ta forma; *text. in c. fin. de fid. instr. ut per ea, qua ibi, & d.*
Auth. si quis in aliquo, tradunt Doct. voluit in hister-
 225 *minus Bellenz. d. q. 113. nu. 3. & 4.* aut sumtum fuerit †
 ex

ex re
 prob
 curi
 seqq.
 dunt
 621.
 vero
 quar
 cima
 pa ib
 bari
 & se
 Spec
 bus,
 scien
 pert
 jure
 quon
 pote
 idem
 mar
 colli
 stes,
 clara
 riæ e
 tenc
 spec
 ea, q
 il 1.
 cess.
 ille
 110
 d. c.
 bari
 Ro
 bet
 ten
 tot

ex registris bullarum Papæ; per tale enim transfutum
 probaretur hujusmodi facultas collectoris saltem in
 curia, ut in specie tradunt *Bellenz. d. q. 113. num. 6. &*
seqq. Mascard. d. concl. 317. nu. 7. & 8. juxta ea, qua tra-
dunt Dom. de Rot. decis. 28. nota sumtum, de probat. alias
621. in antiq. & aliis decis. de quibus per eos. Declaratur
 vero hæc eadem conclusio. Primo, ut non procedat,
 quando collector † esset deputatus ad colligendas de- 226
 cimas in curia Romana, seu ab ecclesiis illius urbis, Pa-
 pa ibi existente; tunc enim talis deputatio poterit pro-
 bari per testes, ut voluerunt *Mascard. d. concl. 317. n. 9.*
& seqq. & Bellenz. d. q. 110. num. 10. per ea, qua tradunt
Specul. tit. de probat. §. videndum, vers. quid de auditori-
bus, num. 3. Archid. in c. nobilissimus, 96. dist. Rom. in l.
sciendum, colum. 12. num. 50 ff. de verb. oblig. Mil. in re-
pertor. verbo probatio, delegationis, & Fel. in cap. cum in
jure, num. 6. de off. deleg. Cujus rei ea ratio affertur,
 quoniam tunc ad summum Pontificem facile quisque
 potest confugere, propter quam rationem putarem
 idem dicendum, licet deputatus fuerit collector deci-
 marum in Romana curia, & alibi; dum enim Romæ
 colligit, ei adhibetur fides absque literis solum per te-
 stes, sicut de transumto supradictum est. Secundo de-
 claratur, ut sorte non procedat, † ubi literæ collecto- 227
 riæ essent amissæ; tunc enim per testes probari poterit
 tenor literarum deputationis, & earum amissio, ut in
 specie limitavit *Mascard. d. concl. 317. nu. 11. & 12. per*
 ea, quæ de delegatione † tradidit *Innoc. in c. cum olim,* 228
il. 1. de privil. quem sequitur Rot. decis. 21. n. 7. de con-
cess. prob. in no. Bellam. decis. 595. & 611. & alii, quos
 ille refert; à qua tamen sententia discessit *Bellenz. d. q.*
110. num. 9. quod ante eum in delegato voluit gloss.
d. c. cum olim. Subcollectoris vero facultas † bene pro- 229
 bari potest per testes, ut in terminis voluerunt *Do. de*
Rot. d. decis. 10. num. 1. de off. deleg. in nov. & ibi Add. li-
 bet compilator † contrarium sentire videatur; sed idem 230
 tenent, & late probant *Bellenz. d. tract. q. 111. nu. 1. per*
 totam, & post alios *Mascard. d. conclus. 317. num. 15. &*

16. Et ratio clara est, quoniã cū hic casus non recipiatur
 231 exceptus, stabimus regulæ, quod parem † vim habeat
 in probatione testes, & instrumenta, *l. in exercendu, C. de fid. instrum. cum similib.* Alias rationes ad id adducit
 232 Bellen. *d. q. 111.* ubi etiam probat † idem esse, si colle-
 ctor deputeretur solum ad nudum ministerium, ubi sal-
 tem quæritur solum de præterito, an quis fuerit col-
 lector. Poterit etiam probari subcollectoris facultas
 233 † per solas literas collectoris cum ejus sigillo, sine ma-
 nu notarii, aut subscriptione testium; ita in specie do-
 cent Bellenz. *d. tract. q. 114.* per totam, & Mascari. *d. con-
 clus. 317. num. 3.* id autem probatur ex singulari dicto
 Innoc. *in c. quoniam contra, post medium, de probat.*
 quem sequuntur Archid. Jo. An. & Gemin. *in c. si à de-
 legato, de off. deleg. lib. 6.* Buttr. *in c. post cessionem, col. 2.*
de probat. Do. de Rot. decis. 17. nota, quod non creditur,
*de probation. alias 701. in antiq. decis. 7. utrum creda-
 tur, de off. deleg. alias 574. in antiq. & decis. 10. voluerūt,*
& ordinaverunt, vers. contra primam conclusionem, de
probat. alias 348. in nov. qui omnes in eo conveniunt,
 234 subdelegationes † probari per sola sigilla delegatorum
 subdelegantium. Neque obstant text. *in d. cap. quo-
 niam contra, de probat. & c. cum à nobis, de testam.* ut
 optime ostendit Bellen. *d. q. 114. num. 2.* ubi etiam pro-
 bat hanc conclusionem omnino expeditam, & indu-
 bitatam esse, si subcollector deputeretur tanquam nu-
 dus exactor, *per tex. in l. 1. ff. de procur. & clem. 1. eod. tit.*
 eoq; casu debet prius literas recipere, quã officium exer-
 ceat; quod tamen indistincte tradit Mascari. *d. concl. n. 5.*
 Illud demum in hac conclusione de facultate colle-
 ctoris, ac subcollectoris omittendum non est; quod
 ubi de illorum deputatione nullatenus neque per lic-
 235 ras neque per testes constat, neque etiam † poterit per
 communem hominum existimationem probari, *juxta*
tex. in l. Barbarius, ff. de off. prat. ut in specie voluerunt,
& satis probant Bellenz. d. tract. q. 112. per totam, &
Mascari. d. conclus. 317. num. 17. & duobus seqq. Ex
 eo autem maxime id probatur, sive quia *d. l. Barba-*
rius,

rius, † non habeat locum in delegato, cum de ordina-
 tio loquatur, prout inter ceteros voluit Innoc. in c. cum
 dilecta, & c. sciscitatus, de rescript. & alii, quos refert
 Ant. Gabr. com. concl. l. 1. tit. de probat. concl. 8. num. 31.
 siue quia ibi supponitur deputatio, solumque aderat
 vitium, & inhabilitas in iudice, quomodo etiam sol-
 vuntur l. si arbiter, C. de sent. & interlocut. om. iud. & S.
 tua, vers. verum, 3. q. 7. qui etiam textus loquuntur in
 delegato. Et hoc est, quod post Fel. d. c. cum dilecta, &
 c. sciscitatus. ac Paris. cons. 136. volum. 4. voluit Gabr. d.
 concl. 8. num. 32. & 47. dum ait, d. l. Barbarius, proce-
 dere, ubi adfit solum vitium personæ, non autem vitiū
 rescripti. Posset tamen dispositio d. l. Barbarius, locū
 habere, quotiescunque gerit quis se pro collectore in
 provincia, in qua esset Camerarius, vel summus Pon-
 tificex, aut alius habens facultatem depurandi talem col-
 lectorem, vel quis se gereret pro subcollectore in pro-
 vincia, in qua esset collector; ex quo enim superior, ad
 quem spectat, verisimiliter scit, & illos sustinet, gestz
 per eos sustententur, & valent, prout ex not. per las. d. l.
 Barbarius, num. 5. Gondezal. in tract. de legat. 1. par. q. 6.
 in fin. & alios, in his terminis optime tuetur Mascard. d.
 conclus. 317 num. 20. & seqq.

QUARTA CONCLUSIO. Potest collector † ex-
 communicare, suspendere, & interdiceret non solventes
 decimas; ita in specie tradit Bellenz. d. tractat. de charit.
 subsid. q. 45. & probatur ex eo, quoniam collector est
 delegatus, ut superius hac ipsa quest. conclus. 1. ostendi-
 mus; delegatus autem potest † censuras exercere, ut est
 tex. in c. præterea, & cap. ex literis, de off. deleg. ubi id not.
 Doct. & in c. 1. eodem tit. ext. & in 6. Bald. l. nulli, Cod. de
 sent. & interloc. om. iud. sed mihi videtur hæc conclusio
 optime in terminis probari, in sepius cit. extravag. unic.
 Bonifac. vers. super his autem, de decim. dum ibi dicitur,
 super his autem fiet compulsio per censuram ecclesiasti-
 ficam, prout nobis, & illi, cui hoc committendum duxe-
 rimus, visum fuerit expedire: proferatur autem, si ex-
 pediens visum fuerit, excommunicatio generaliter, vel
 spe-

specialiter in eos, qui in solutione decimæ, vel suorum æ-
stimatione proventuum, cum fuerit faciendæ, fraudem,
vel malitiam scienter duxerint adhibendam: hæc Bo-
 239 *nif. In personis tamen Episcoporum servare debet*
modestiam, de qua in c. quia Pontificali, quod est 2. de
off. deleg. lib. 6. ut nimirum, prius eis ingressus ecclesiæ
interdicatur, vel sacerdotale ministerium, ac deinde
ab officio suspendantur, ac subsequenter contra eos
aggravetur censura ecclesiastica; atque ita in hac spe-
 240 *cie monet Bellenz. d. q. 95. quinimo cum de quantitate*
solum, & æstimatione fructuum agitur, circa solutio-
nem decimæ tam Episcopi, quam Abbates, ceteræque
personæ ecclesiasticæ honorabiles non suspectæ, & pro-
priæ conscientiæ relinquuntur, ita quod sufficiat quo-
ad tales excommunicationis sententia, quæ in nullo
modo solventes, vel scienter adhibentes fraudem, vel
malitiam circa ipsius decimæ solutionem generaliter
profertur, prout disponitur in d. extrav. vers. Episcopi
 241 *autem & Abbates; cum tamen & alii, quos prævis in-*
formationibus, & inquisitionibus constiterit minus
debito solvisse, specialiter excommunicari possint, ut
in ead. extravag. habetur vers. prox. præcep. incip. sed si ex
probabilibus. Quod vero diximus de interdicto, intel-
 242 *ligendum est & de speciali, hoc est, certæ ecclesiæ, non*
autem generali alicujus villæ, ut in hac specie voluit
Bellenz. d. tractat. q. 25. num. 1. & quæst. 95. nu. 3. & 4.
 243 *prohibitum enim est, imo nullum interdictum gene-*
rale & contra civitatē, castrum, aut alium locum latum
auctoritate ordinaria, seu delegata pro pecuniario de-
bito, vel pro cujuscvis pecuniæ quantitate, eo maxime,
quia eorum locorum domini, aut incolæ singulares
personæ intra statutum terminum hujusmodi debi-
tum non persolvunt, ut latius cavetur in extravag. Bo-
nif. VIII. quæ incipit providi attendentes, & est 2. de sent.
excom. in commun. id quod etiam notant, & latius pro-
sequuntur Io. An. & Gemin. in c. presenti, de sent. excom.
in 6. & Io. Calder. in tract. de interd. eccles. vers. si quæra-
tur, An vacante, & vers. item quæro, an extravagant.
 Poterit

Poterit tamen † illud interdictum generale ferri, si 244
 prius lata fuit sententia excommunicationis in singu-
 lares personas, & ea contempta fuit, ut tradit Bellenz. d.
 q. 25. num. 4. causa enim interdicti generalis immedia-
 ra, & propinqua est † contemptus excommunicationis, 245
 ut optime adnotavit Calder. consil. 8. Episcopus inter-
 dicit, de sent. excom. Quomodo vero facienda sit mo-
 nitio † clero vel collegio, quando collector vult deci- 246
 mam exigere, & quomodo † contra non solventes 247
 promulganda sit generalis sententia, colligitur ex d.
 extravag. unic. de decim. versic. sed si ex probabilibus, &
 versic. volumus quoq;, latiusq;, prosequitur Bellenz. d.
 tractat. q. 110. & duabus seqq. Poterit quoque † colle- 248
 ctor ac subcollector alias multare non solventes deci-
 mas; licet subcollector non tantam pœnam impo-
 nere possit, † sicut collector, ut in hac specie resoluit 249
 Bellenz. d. tract. q. 69. per ea qua de delegato & subdele-
 gato tradunt Innoc. Host. & Butr. in cap. 1. de off. deleg.
 gloss. & Innoc. in c. pastoralis, §. fin. eod. tit. & communi-
 ter Doct. ex quibus plerisque idem Bellenz. refert. Non ta-
 men credo, quod † poterit collector beneficiis priva- 250
 re non solventem, prout in delegato sentit Host. in c.
 pro humanis, de homic. in 6. licet contrarium sentiat In-
 noc. in c. quia diversitatem, de concess. prabend. Quin et-
 iam possunt non solventes decimas † capi personali- 251
 ter, ut in terminis tradit, & optime probat Bellenz. d.
 tract. q. 98. quod idem erit † in Rectoribus universita- 252
 tū, & capitibus collegiorū, pro suis collegiis, ut idem-
 met Bellen. adnotavit d. tract. q. 99. per tex. in l. 1. in prin-
 cip. ff. de muner. & honor. & ea, qua tradunt Bart. in l. 4.
 §. actor. ff. de re judic. & Bald. in l. etiam, col. 5. C. de exe-
 cut. rei jud. & l. 1. §. quibus, ff. quod cuiusq;, univers. nom.
 Secus vero esset in hoc utroque casu, ubi beneficiari,
 seu isti Rectores † essent Doctores actu legentes, prout 253
 de beneficiariis voluit Bellenz. d. q. 98. num. 7. juxta do-
 ct. Arinam Bart. in l. medicos, per illum textum, Cod. de
 professoribus & medicis, lib. 10. Neque etiam poterit
 collector † invocare brachium seculare contra non 254
 sol-

sol-

solventes sine speciali commissione, & mandato sedis
Apostolicę, prout habetur in d. *extravag. unic. vers. provi-*
so haftenus, in fin. quod etiam not. Bellenz. d. tract. q. 97.
n. 1. Card. d. *clēm. fin. q. 16. de decim. Imol. n. 13.* quamvis
255 alioqui de jure communi ¶ tamquam delegatus id pos-
set, ut late & optime probat Bellenz. d. n. 1. de quo not. in t.
1. de off. ord. c. si quando, & c. significasti, de off. deleg. & c.
cum non ab homine, de judic.

QUINTA CONCLUSIO. Collector non potest
256 in exactione decimę loco pignoris, vel alias ¶ capere
vasa sacra, paramenta, libros, & alia ad cultum divinum
deputata; ita per text. in d. *clēm. fin. qua incipit, benefi-*
ciorum, de decim. notavit ibi gloss. Card. Imol. & ceteri
Bellenz. d. *tractat. q. 15. num. 3. & q. 88. 91. & 93. num.*
1. quę tamen *clēm.* solum loquitur, ubi decima bene-
ficiorum alicui per Papam conceditur; sed idem habe-
mus in d. *extravag. unic. versic. ult. cujus hęc sunt ver-*
ba; quodq; ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces, &
libros, aliaq; bona mobilia ad cultum deputata divi-
num, vel ad privilegia ecclesiarum, & monasteriorum,
aliorumq; locorum ecclesiasticorum ipsius occasione de-
cima manus nullatenus extendatur; quod idem forte
257 dicendum erit ¶ in iis, quę sunt promiscuo usui de-
putata, prout esset liber, quo sacerdos & domi, & in ec-
clesia utitur, & similia; neque enim ea capi possunt in
258 pignus, ut voluit Bellenz. d. q. 93. quoniam magis ¶ di-
gnum trahit ad se minus dignum, cap. *quod in dubio,*
de consecr. eccles. vel altar. & c. unic. eod. tit. in 6. cum si-
milibus, & per alia, de quibus per eum. Illa sane hac in
re certa sunt, & omnino notanda, quę hic ordine ju-
259 bet subijcere. Primo, non posse ¶ hujusmodi vasa sa-
cra, & ornamenta divino cultui dedicata, de quibus
antea diximus, etiam à sponte dantibus pignori acci-
pi, prout ex d. *clēm. fin. colligit ibid. Paul. Leaz. quem se-*
quitur Bellenz. d. tractat. q. 89. Secundo, quod si nihil-
ominus collector vult capere hujusmodi res sacras,
260 quas notorium sit esse divinis officiis deputatas, ¶ pos-
se ei saltem post appellationem violenter resisti, ut late
& opti-

& op
possi
quore
modi
rat ¶
exhib
ipso ju
ditq; B
eccles.
dic. qu
tor p
& opt
dit Cy
de crim
script.
sequen
affici p
guend
consec
rata, v
facit q.
S e x
¶ liber
sine sp
num. 1
piendu
vat. &
berare
cepisse
confite
Pio, S. f
in l. 2 S
tract. q.
non ad
dum, n
ctor sit
Imol. a
in l. fice

& optime probat Bellenz. *d. tractat. q. 90.* quomodo possunt intelligi Paul. & Card. *d. clem. fin. q. 15.* & alii quorquot absolute dixerunt, posse collectori hujusmodi res capienti resisti; quo etiã casu, si collector ferat † excommunicationem, aliasve censuras contra nō exhibentes hujusmodi res, erunt illæ censuræ nullæ ipso jure, ut optime voluit Paul. & Card. *loc. cit. ostenditq; Bellenz. d. tractat. q. 24. ac not. Gig. tractat. de pens. eccles. q. 60. num. 3.* & colligitur ex Abb. *in c. 1. de re judic. quinimo in † casu hujus notorietatis poterit collector puniri ab ordinario ratione notorii delicti, ut late & optime probat Bellenz. d. tract. q. 91. per ea, quæ tradit Cyn Petr. & Bald. in Auth. qua in provincia, C. ubi de crim. agi. opor. gloss. ult. ubi Butr. & Abb. in c. fin. de rescript. & per alia, de quibus ibi per Bellenz. qui etiam q. sequenti optime declarat, quomodo arbitraria pœna affici poterit, juxta qualitatem delicti pulcre distinguendo de rebus consecratis, & benedictis, & non consecratis, aut benedictis; & utrum actu sint deputatæ, vel solum destinatæ cultui divino: quod etiam facit q. 88.*

SEXTA CONCLUSIO. Potest collector decimæ † liberare, & quietare eos, qui solverunt decimã etiam sine speciali mandato; ita Bellenz. *d. tractat. quest. 103. num. 1.* satis enim id includitur in mandato ad recipiendum, juxta text. & ibi Bald. *in l. abstulit, C. de novat. & in l. si debitorem, ff. eod.* Imo poterit etiam liberare eos, qui non solverunt, & confiteri se ab eis recepisse, ubi maxime mandatum sit ad recipiendum, & confitendum, ut ex sententia Ang. & Imol. *in l. à divo Pio, §. sed si emptor, ff. de re judic. Bald. Salic. Fulg. Castr. in l. 2. §. fin. ff. si cert. pet. & communi resolvit Bellenz. d. tract. q. 104. num. 1.* qui etiam num. 2. idem probat, ubi non adsit verbum, *confitendum*, sed solum *quietandum*, num. vero 3. & 4. id limitat procedere, ubi collector sit solvendo, alias secus, per tradita ab Ang. & Imol. *d. §. sed si emptor*, & aliis, d. vero q. 103. per text. *in l. sicut datam, C. de lib. ca. & ibi Bald. & alios probat*

264 teneri † collectorem solventibus, si illud petant, instrumentum liberationis facere.

SEPTIMA ET ULTIMA CONCLUSIO. In
265 exactione decimæ † proceditur executive, & incipitur à præcepto; proposito enim edicto, & generali monitione, ut termino tot dierum debeant tam singulares personæ, quam collegia solvise, si non solverint, poterit in eos ferri cēsurā, ut colligitur ex d. extravag. unic. versic. sed si ex probabilibus, & versic. volumus quoque, & in subsidio charitativo late probat Bellenz. d. tractat. q. 15. num. 1. post Rot. decis. 425. incipit, item extra Rotam, in no. sed mihi est 19. de dot. & contum. alias 444. in no. & incipit extra Rotam, ubi etiam tradit Rot. quan-

266 do † audiatur allegans, & probare volens ignorantiam edicti. In decima vero Papali id patet ex late traditis per Bellenz. d. tractat. q. 100. & duobus sequentibus ad quem te remitto, ne illius dicta, aut verba trans-

267 scribere videar. Poterit tamen † appellari à collectore multis saltem in casibus, prout in charitativo subsidio late ostendunt Bellenz. d. tractat. quest. 55. & Remig. qui totam eam quæstionem etiam refert, & sequitur in simil. tract. de charitat. subsid. quest. 52. In decima vero Papali admittit idem Bellenz. d. quest. 55. num. 8.

268 & quest. 90. num. 1. Primus autem casus † esse potest, si nimis brevem terminum statuatur ad solvendum, juxta textum sing. in c. 1. de delat. & gloss. in cap. ex literis

269 verb. infra triduum, de constit. cum similib. Secundus, ubi collector capit pignoris loco res, quas notorium est esse sacras, & divino cultui deputatas, ut in specie voluit Bellenz. d. q. 90. num. 1. & nos supra semel admo-

270 nuimus. Tertius, † si quis nimium grauetur, quia multi impetrarunt exemptionem, neque alter de alterius exemptione, ac privilegio mentionem fecit in impetratione, & reliquis, aut eorum aliquibus, hujusmodi exemptionem subreptionis opponentibus, collector eam rejicit, juxta ea, qua late superius tradidimus q. 3. conclus. 7. Quartus, si à privilegiatis privilegium al-

271 legantibus, † collector decimam exigit; nisi velimus

tunc

tunc
lam e
com.
pra q
Q
tur,
judic
dispos
clém.
esse.
debet
cessit
mini
de ju
idem
tame
illi su
certa
sam,
re, de
præst
eccle
locu
men
cima
Vele
pens
vit, a
prop
Papa
tunc
quic
char.
Step
per c
stena
quic
bus

tunc processum, & sententiam superinde secutam, nul-
lam esse, per ea qua late tradunt *Cald. cons. 9. de sent. ex-*
com. Gig. de praesum. q. 60. Bellen. d. tract. q. 24. & nos su-
pra q. 3. concl. 2. & 3.

Quod si pro complemento hujus materiae quaeratur, *An ubi exactio hac, vel solutio decima Papalis in*
judicium deducatur, summarie tractari possit, juxta
dispositionem clem. dispendiosam, de judic. & formam
clem. saepe de verbor. sign. Respondeo, distinguendum
esse. Vel enim quaestio est inter clericum, qui solvere
debet, & illum, cui Papa decimam beneficiorum con-
cessit, & tunc † res & causa agitur plenarie; in his ter- 272
minis loquitur gloss. *d. clem. dispendiosam, vers. decim.*
de judic. quam ibi sequitur Paul. Card. Imol. & ceteri,
idem Card. *d. clem. fin. q. 2. Imol. num. 3. de decim.* cujus
tamen contrarium tenuit ibi Steph. Probant autem
illi suam sententiam, tum quia haec decima non est
certa quota, *c. fin. de vot.* tum quia illa *clem. dispendio-*
sam, exorbitat à jure, unde est restringenda, c. qua à ju-
re, de reg. jur. in 6. cum simil. tum quia ad hujus decimae
praestationem non potest eo casu cogi per censuram
ecclesiasticam praevia sola monitione; cum id solum
locum habeat, cum per Papam exigitur, quod ta-
men requiritur *in d. clem. dispendiosam*, ad hoc, ut de-
cimarum causa tractari possit, ac debeat summarie.
Vel est quaestio inter duos clericos, puta titularem, &
pensionarium, seu vicarium, quia eorum aliquis sol-
vit, ac vult repetere, & tunc idem † dicendum puto 273
propter easdem rationes; Vel demum quaestio est inter
Papam, vel Cameram, seu collectorem, & clericum, &
tunc dicerem causam † esse summarie tractandam, 274
quicquid in contrarium voluerit *Bellen. d. tractat. de*
charitat. subsid. quest. 39. tum quod ita sentire videretur
Steph. *d. clem. fin.* tum quod tunc potest fieri coactio
per censuram ecclesiasticam, *ut supr. conclus. 4. late o-*
stendimus; tum per text. in l. publicas, C. de fer. & l. ne-
quicquam, §. de plano, ff. de off. procons. junctis aliis, qui-
bus non satisfacit Bellen. d. q. 39. num. 1. & 2. tum quia

275 in † exactionibus functionum fiscalium, tributorum,
 & collectorum summarie proceditur, ut post Bald. conf.
 433. incipit licet, &c. vol. 3. tradit Marant. in specul. aur.
 par. 4. tit. de judic. Mercat. num. 181. tum demum, quia
 276 tunc res non patitur dilationem, ideoq; † potest sum-
 marie tractari, juxta ea quæ de alimentis tradit Bellen.
 d. q. 39. num. 3. & 4. late Asin in prax. judic. §. 3. c. 31. n.
 6. & Surd. in tract. de alim. tit. 8. privil. 2. nu. 1. & seqq.
 Ex quibus etiam junctis iis, quæ tradit Tirag. de pri-
 vil. pia causa, privil. 153. probabile mihi redditur,
 regulariter appellationem non admitti in
 harum decimarum ex-
 actione.

SOLI DEO GLORIA.



INDEX

A Ctio
 ria,
 locum
 decim
 cap. 8.
 Advoca
 milit
 tur d
 solven
 fidico
 Edifica
 tra fin
 instit
 cerdo
 tione
 jam o
 ni sin
 adire
 Es alie
 in sol
 lis